

Massae plumbi. Massae sulfuris.

8706 M. P. Roscieis M. f. Maic.¹

In fodinis antiquis prope Orihuela repertae massae plumbeae plus triginta, pars Carthagine nova, nonnullae Matriti, Parisiis, Londinii adservantur (II 3439. II S. 6247, 4. Eph. ep. 9 p. 181, Huebner ex. scr. epigraph. n. 1204, unius imaginem etiam Gowland Archaeologia 57, 1901 tab. LVIII cf. p. 400, cui notitiam de loco ubi inventae sunt debeo). — 1) Tribu Maecia. Fortasse Lanuvio oriundi erant duo hi Roscii (CIL. XIV p. 191 not. 4).

8707 societ. — S. T. Lucreti.¹

Basileae rep. a. 1655, massa plumbea, ibique extat (XIII 3 p. 719 n. 10029, 26 = Inscr. Helv. 545, 10 vidit Mommsen). — 1) Societatis Sexti (et) Titi Lucretiorum? (Bohn)

8708 societ. argent.¹ — fod.² mont. Ilucr.³ — galena⁴. (*In latere litterae aliquot incusae, quae non intelleguntur, fortasse*) P. Dr. N.

Romae in Tiberi rep., massa plumbi pendens centum libras Romanas (XV 7916 vidit Dressel). — 1) Societatis argentariarum. — 2) De fodinis. — 3) Mons huius nominis ignotus, sed videtur fuisse in Hispania. — 4) Galena 'vena argenti plumbique communis' Plin. h. n. 34, 475 cf. 33, 93. 34, 459. Idem vocabulum etiam in massis XV 7917. 7918.

8709 Neronis Aug. Britan.¹ l. II².

Saint-Valery-sur-Somme (in ora Galliae Belgicae) rep. (XIII 5491 vidit de Ricci). — 1) Intellege: de Britannicis metallis. Apparet hanc massam e Britannia advectam fuisse. — 2) Legio secunda (sic recte Cagnat Revue arch. ser. III 41, 1888 p. 288). Significatur legio secunda (Augusta), in Britannia castra habens. Legiones Britannicae etiam in aliis massis plumbeis VII 1209.

Ex Britannia transvectae videntur esse etiam massae plumbeae in Gallia repertae XIII 2612. 5222.

8710 imp. Vesp. Aug. V T. imp. III cos.¹ | de Ceangi².

Prope Devam (Chester) rep., massae plumbi (VII 1204; Eph. ep. 7, 1121 hanc vidit Haverfield). — 1) A. 74. — 2) De Ceangis, sc. de metallo sito apud Ceangos (cf. Tac. ann. 12, 52). Aliae similes anni 76 et temporum Domitiani sunt VII 1205. 1206.

8711^a imp. Caes. Hadriani Aug. met. Lut.¹

b L. Aruconi Verecundi metal. Lutud.¹

c Ti. Cl. Tr. Lut.² Br.³ ex arg.⁴

d C. Iul. Proti Brit. Lut. ex arg.

e P. Rubri Abascanti metalli Lutudares.⁵

Massae plumbi, pleraeque prope Mallock, Derbyshire, vel certe in ea regione (N. 8711^a Hexgrave Park, Nottinghamsh.) repertae, tertiae exempla complura prodierunt in regione Sussex (VII 1215 b, primae unum fortasse in Caledonia, Eph. ep. 5 p. 141), nunc in museo Britannico (VII 1208. 1214. 1215 a. 1216; postremam a. 1894 repertam edidit Haverfield Academy 21. Apr. 1894; imago huius est Journal of the British archaeol. Association nov. ser. 4, 1896 p. 571, imagines omnium apud Gowland Archaeologia 57, 1901 tab. LVII ad p. 399). — 1) Metallum Lutudarensis,